R. P. F.

LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NECNON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIS, SACR. CONGREGATIONUM DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

In hac editione, secunda hispana, non solum Additiones legales, jam antea publicatæ, accedunt, sicut in prima, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultæque aliæ adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, numquam antea editæ:

OPERA AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS OCTAVUS.

Q-R-S

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI:

TYPIS ET SUMPTIBUS REGIÆ TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM SOCIETATIS.

MDCCXCV.

INDEX TITULORUM,

QUI IN HOC VIII. TOMO CONTINENTUR.

Q

Quadragesima. . . . . pag. 1.
Quarta funeralis. . . . . 3.
Quatuor tempora. . . . . 9.
Quæstuariæ, Quæstuarii, seu Quæstores. . . . . 10.
Quinquagesima. . . . . 12.

R

Rapina. . . . . 14.
Raptor, Raptus. . . . . ibid.
Rationis usus. . . . . ibid.
Recognitio corporis delicti. . . . . ibid.
Recursus. . . . . 15.
Referendarii Curiæ Romanæ. . . . 17.
Refractarii. . . . . ibid.
Regimen. . . . . ibid.
Regulares. . . . . 21.
Regularis delinquens, & quoad immunitatem. . . . . 57.
Regulæ Cancellariæ. . . . . 60.
Regulæ Juris canonici. . . . . . . ibid.
Regulæ Juris civilis. . . . . 62.
Religiones Regulares, & Militares. 69.
Religio Naturalis, & Revelata. . 100.
Reliquiæ. . . . . 123.
Remex. . . . . 124.
Representationes. . . . . ibid.
Repudium. . . . . 125.
Rescriptum. . . . . ibid.
Reservatio Casuum. . . . . 128.
Residentia, residere. . . . . 134.
Resignatio, seu renuntiatio beneficiorum, & permutatio eorum. 137.
Resolutiones Sacrarum Congregationum. . . . . 147.
Restitutio in integrum. . . . . . . 148.
Restitutio. . . . . 151.
Restrictio mentalis. . . . . 190.
Retractus gentilitius. . . . . 191.
Reus. . . . . ibid.
Ritus. . . . . 194.
Rixa. . . . . 196.
Rogationes. . . . . ibid.
Romanus Pontifex. . . . . 197.
Romani Pontifices. . . . . 202.
Rubricæ. . . . . 206.
Rumor. . . . . 208.

S

Sabbatum. . . . . 209.
Sacerdotium, Sacerdos. . . . . . . 211.
Sacramentalia. . . . . 216.
Sacramentum. . . . . ibid.
Sacra Scriptura. . . . . 225.
Sacrificium. . . . . ibid.
Sacrilegium. . . . . 229.
Sacrista, Sacristia. . . . . 230.
Salutatio Angelica. . . . . 231.
Samaritana à Christo conversa. . . 232.
Sanctitas, Sancti. . . . . ibid.
Sapiens errorem propositio. . . . ibid.
Sapiens hæresim propositio. . . . ibid.
Sapientia. . . . . ibid.
Satisfactio. . . . . ibid.
Scandalum. . . . . ibid.
Scandalosa propositio. . . . . . . 235.
Schisma, Schismatici. . . . . ibid.
Schismatica propositio. . . . . . . 237.
Scientia Confessarii. . . . . ibid.
Scriptura Sacra. . . . . ibid.
Scripturæ, seu Instrumenta. . . . 244.
Scrupulus. . . . . 252.
Secretarius, Secretum. . . . . . . 253.
Sedes Vacans. . . . . 255.
Sedes, Scamna. . . . . 259.

Se-

Seditio. . . . . 260.
Seditiosa propositio. . . . . ibid.
Seminarium. . . . . ibid.
Sententia. . . . . 276.
Sepultura. . . . . 288.
Sequestratio, seu Sequestrum. . . 313.
Servitus. . . . . 315.
Sigillum. . . . . 320.
Sigillum Sacramentalis Confessionis. 323.
Simonia. . . . . 328.
Societas, seu societatis contractus. 348.
Societas inter fratres. . . . . 354.
Sodomia. . . . . 359.
Solemnitates pro alienandis rebus ecclesiasticis. . . . . ibid.
Solemnitates contractuum. . . . . . 360.
Solidus. ibid.
Sollicitatio ad turpia. . . . . ibid.
Solutio. 368.
Somnium. . . . . 393.
Somnus. 396.
Sors. . . . . 397.
Sortilegium. . . . . 400.
Spadones. . . . . ibid.
Spatulamantia. . . . . ibid.
Spectacula. . . . . ibid.
Spes. . . . . ibid.
Spicæ. . . . . ibid.
Spiritus Sanctus. . . . . 402.
Spoliator, Spoliatus. . . . . 403.
Spolium. 405.
Sponsalia. . . . . 412.
Sponsi. . . . . 429.
Sportulæ. . . . . 430.
Stellionatus. . . . . ibid.
Stipes. . . . . ibid.
Stola. . . . . ibid.
Stuprator, Stuprum. . . . . 432.
Subcollector Apostolicus. . . . . . . ibid.
Subdiaconatus. . . . . 435.
Subornatio. . . . . ibid.
Subreptio. . . . . ibid.
Subsidium charitativum. . . . . ibid.
Successio ab intestato. . . . . 439.
Successor in beneficio ecclesiastico. 446.
Suffragia. . . . . ibid.
Sollicitatio ad turpia.
Superbia. . . . . 451.
Superiores. . . . . 452.
Superstitio. . . . . 455.
Surripientes. . . . . 466.
Suspecta de hæresi propositio. . . ibid.
Suspensio. . . . . ibid.
Suspicio. . . . . 471.
Susurratio. . . . . ibid.
Symbolum. . . . . ibid.
Syndicus. . . . . 475.
Synodus diœcesana. . . . . 482.

QUA-

QUADRAGESIMA.

SUMMARIUM.

1 *Quadragesima quid sit: unde dicta: cur quadraginta dies, nec plures, nec pauciores: à Christo consecratum, ab Apostolis observatum,* & universæ *ecclesiæ traditum*, ad num. 4.
5 *An sit de jure divino: quo tempore fuerit Christi Quadragesima, & suorum fidelium: quas hebdomadas in ecclesia Orientali Quadragesima contineat, à quo tempore incipiat: quas Romana, & quare dies quatuor præcedentes sunt additi: quæ olim observantia Clericorum*, ad num. 9.
10 *Quando in Ecclesia Romana incipiat; quod discrimen inter eam. & Mediolanensem Ambrosianam: dum prandi debet: an dispensatus in esu carnium, à jejunio dispensetur, quid è converso: ad quem dispensatio spectet; peccant qui aliò se transferunt in fraudem jejunii, quid, si alio motivo aut causa*, ad n.20.
21 *Quæ prohibita in Quadragesima; olim Dominicis Quadragesimæ an vesceretur carnibus: qui à jejunio excusantur*, ad num. 34.
35 *Auctoris supplementa subnectuntur*, ad num. 34.

1 Quadragesima est religiosa in ecclesia recepta abstinentia ante solemnitatem Paschæ instituta ab Apostolis, & à successoribus eorum ad nosrra usque tempora observata, adjunctum habens ciborum delectum, & ad alia pœnitentiæ, & vir-
2 tutum opera incitans. *Est in re Communis.* Dicitur autem Quadragesima à numero quadraginta dierum, quibus durat; Quadragenarium enim est, quod continet in se Quadraginta.
3 Quadraginta autem dies, & non plures, nec pauciores deputati sunt pro abstinentia, & jejunio, ut imitemur numerum quadraginta dierum, quem Salvator noster suo sacro jejunio consecravit, & ut sic anni decimas Deo solvamus, *c.* Quadragesima 16. *dist.* 5. *de consecratione*, ibi: *A prima igitur Dominica Quadragesimæ usque in pascha Domini sex hebdomadæ computantur: quarum videlicet dies quadraginta & duo fiunt; Ex quibus dum sex dominici dies abstinentiæ subtrahuntur, non plus in abstinentia, quàm triginta & sex dies remanent.* Verbi gratia; *si per 365 dies annus volvitur, & nos per triginta, & sex dies affligimur, quasi anni decimas Deo damus; sed ut sacer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Salvator noster suo sacro jejunio consecravit, quatuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum quadraginta dierum tolluntur, id est quarta feria, quæ caput jejunii subnotatur, & quinta feria sequens, & sexta, & sabbatum: Nisi enim istos dies quatuor superioribus triginta sex adjunxerimus, quadraginta dies in abstinentia non habemus. Jubemur etiam Omnipotenti Deo omnium bonorum nostrorum decimas dare.* Et Glossa *ibid. vers. Casus*, sic expresse habet: *Quæsitum fuit in Concilio Gregorii Papæ quare quadraginta dies abstinentiæ, & jejunio deputentur, & non plures, vel pauciores, & responsum: Id eo fit, quia jubemur dare decimas omnium bonorum nostrorum, & 36. dies sunt decimæ totius anni; quibus quatuor additi sunt, ut adimpleatur quadragenarium, quem Dominus suo sacro jejunio consecravit.* (Ad idem *lex* 5. *tit.* 23. *p.*1.)

Unde Quadragesimæ jejunium à Christo consecra- 4
tum fuit ab Apostolis observatum, & universæ ecclesiæ traditum. Concil. Senonens. *cap.*7. ibi: *Quæ res Apostolos impulit, ut Quadragesimale jejunium sanctificarent, quo Christifideles, non tam Moysem, aut Eliam, quàm Christum imitati totius anni decimæ exsolverent*, ut habetur *in Canone* 68. *ipsorum Apostolorum*, ibi: *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor sacram Quadragesimam paschæ, aut quartam feriam, aut Parascevem non jejunaverit, deponitor, præterquam si imbecillitate impediatur corporis; sin laicus sit, communione deponitor*, & concordat Conc. Colon. II. *p.*9. *c.*6. traduntque communiter Patres. (Vid. *lit.* A *pag.*150.)

Hinc Quadragesimam ratione jejunii esse de Jure 5
divino, ratione temporis esse ex traditione Apostolorum per multos canones antiquos, & dicta SS. Patrum docet Martin. Ajala *de tradit. part.*3. *de jejun. & Quadrag.* & Card. Varmensis *de Cæremon. à tempore sumptis cap.*1. *explicat.* 3. *de observat. jejunior. n.*31.

Quadragesima Christi fuit à sexta die Januarii usque 6
ad decimam quartam Februarii; Nos autem ut plurimum eam incipimus ubi ipse desiit; Nostra enim non semper est eodem tempore. Sic Bellarm. *tom.* 3. *lib* 2. *De bonis operibus cap.*16. *lit.C.* ubi ad quæsitum fieri solitum, quare si Quadragesima jejunii Christi imitatio est, non jejunemus eo tempore quo ipse jejunavit; dicit, quod facilis est responsio: Primum enim maluit ecclesia post Dominum, quàm cum ipso Domino jejunare, ut vere ejus vestigia sequeretur: Deinde par erat ut jejunium celeberrimum cum festo celeberrimo jungeretur, *in qua parte anni* (inquit S. Augustinus *in Epist.*119. *cap.*15.) *congruentius observantia Quadragesimæ constitueretur, nisi confinis, atque contigua Dominicæ passioni?* insuper numquam magis sunt necessaria arma jejunii, quàm ineunte vere, quo tempore, crescentibus humoribus, acriores tentationes existere solent. *Hæc ille*, qui alias subjungit congruentias.

Quadragesima in ecclesia Orientali continet septem 7
hebdomadas, & incipit in Quinquagesima, ex quo Orientales non jejunent sabbato, & sic subtrahunt abstinentiæ septem dies dominicos, & sex dies sabbati; Cassianus *Collatione* 21. *cap.*27. Fagnan. *l. c. n.*33. *& seq.* Bellarm. *l. c. cap.*15. & alii. In ecclesia vero Romana 8
Quadragesima continet sex hebdomadas, quibus additi sunt quatuor alii præcedentes dies ad complendum nu-

me-

merum quadragenarium jejunii à Christo consecrati, &
quo ab ipsis sex hebdomadis subtrahantur abstinentiæ
jejunio sex dies dominici; textu expresso *in citat. cap.*
Quadragesima 16. *dist.* 5. *de consecratione*, adduct. *su-
pra num.* 3. docetque expresse S. Gregorius *Homil.* 16.
Fagnan. *l. c. num.* 34. Bellarm. *l. c.* & alii passim.
9 A Clericis autem Quadragesima olim de mandato
Telesphori servabatur per septem integras hebdomadas;
cap. Statuimus 4. *cap.* Quadrag. 5. & *cap.* Denique 6.
dist. 4. Bellarm. *l. c. cap.* 14. & alii passim.
10 Quadragesimæ Jejunium in ecclesia Romana incipit
à feria quarta Cinerum, textu expresso *in cit. cap.* Qua-
dragesima 16. *dist.* 5. *de consecratione*, ibi: *Id est feria*
11 *quarta, quæ caput Jejunii subnotatur.* Excepto tamen Me-
diolano, & locis aliis, in quibus Ambrosiano ritu offi-
cium celebratur, ubi ex quo non jejunetur quatuor pri-
mis diebus, jejunatur in diebus Rogationum; Concil.
Mediolanens. I. *part.* 2. *tit.* De jejunio.
12 In quadragesima non est prandendum ante recitatio-
nem saltem publicam Vesperarum, *c.* Solent. 49. *dist.* 1.
de consecrat. Vide *verb.* Officium divinum *art.* 4. *num.* 16.
& *sequent.* & *verb.* Jejunium *art.* 1. *num.* 47.
13 An dispensatus circa esum carnium ob debilitatem
virium, ad eas recuperandas sit etiam dispensatus à je-
junio? Vide *verb.* Jejunium *art.* 1. *num.* 30.
14 Non sic tamen est dispensatus à jejunio, quia est dis-
pensatus circa esum carnium, quia cibi Quadragesima-
les, seu jejunales, sunt ei nocivi, seu nauseales. Vide *ibi-
dem à num.* 31. *ad* 34.
15 Ad quem spectet dispensare circa Quadragesimam,
jejunium. Vide *verb.* Jejunium *art.* 2. 15. & sic infra
num. 26.
16 Qui in fraudem jejunii de loco, ubi viget præcep-
tum jejunandi, seu jam incœpta est Quadragesima, se
transfert ad locum, ubi non jejunatur, seu nondum in-
cœpta est Quadragesima, peccat graviter. Vide *verb.*
Jejunium *art.* 2. *num.* 29. & 30.
17 Qui autem de loco, ubi jejunatur, non in fraudem
jejunii, sed bona fide transit ad loca, seu per loca ubi
non jejunatur, non tenetur jejunare. Vide *ibid. n.* 31.
18 Si quis non in fraudem jejunii, sed negotiorum cau-
sa de loco proprii domicilii, ubi nondum est incœpta
Quadragesima, pergit ad locum, ubi per hebdomadam
est jam incœpta Quadragesima, non tenetur jejunare
illic per octo alios dies paschæ ad complendam Quadra-
gesimam. Vide *ibid. num.* 32.
19 E contra vero, si talis in loco sui domicilii comple-
visset Quadragesimam, non tenetur postea alibi obser-
vare illos octo dies. Vid. *ibid. num.* 33.
20 Episcopus in sua diœcesi concedere debet faculta-
tem etiam Vicariis foraneis, & Archipresbyteris, ut de
consilio Medicorum impertiri possint indigentibus licen-
tiam vescendi cibis vetitis, quæ detur omnino gratis, ita
ut nec pro scriptura quidquam accipere liceat. Sac. Cong.
Episc. *in Hydrutina* 20. *Aug.* 1591. (Vid. *lit. B. pag.* 427.
usque in fin.)
21 In Quadragesima non est venandum, Nicolaus I. *ad*
22 *consulta Bulgar. cap.* 44. Item non sunt facienda Judicia
criminalia, nec aliquis morti est addicendus. Nicolaus I.
23 *ibid. cap.* 45. Item non est vacandum jocis; Nicolaus I.
24 *ibidem cap.* 47. Item non est præliandum, nisi urgente
necessitate. Nicolaus I. *ibidem cap.* 46. & *in Decreto tit.*
25 *de bellis c.* 4. Item fieri non possunt nuptiæ, neque con-
vivia. (Vide *leg.* 18. *tit.* 2. *p.* 4. ubi non solum nuptiæ
in facie ecclesiæ celebrari à Dominica in Septuagesima
usque ad octavas Resurrectionis perfectas prohibentur,
verum etiam à prima Dominica Adventus, usque ad
Epiphaniam inclusive.) Nicolaus I. *ibidem cap.* 48. & *in*
26 *Decreto tit. de matrim. cap.* 9. Item fieri non debent con-
silia, seu placita populorum, *cap.* Placita 2. *caus.* 15.
quæst. 4.
27 In Quadragesima prædicandum est omni die, vel sal-
tem ter in hebdomada. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 4.
28 Dominicis Quadragesimæ olim ex antiqua consuetu-
dine fideles vescebantur carnibus, & ultra modum se in-
gurgitabant per totas noctes carnibus vescentes; Quod
valde detestabatur Sanctus Gregorius, ut patet in *cap.*
Denique 6. *dist.* 4. At nunc ablata est illa consuetudo,
et ecclesia ut excessum in esu carnium auferret, totali-
ter carnes illis diebus abstulit. Dies tamen non fecit je-
junabiles, quia Dominici erant. Sic Tostatus *tom.* 20. *in
tertiam part. Matthæi cap.* 6. *q.* 95. *edit. Venetæ* 1728.
An Concionatores in Quadragesima excusentur à je- 29
junio, & abstinentia à carnibus, variant Doctores. De
Concionatore, qui per integram Quadragesimam conti-
nuo prædicat cum valde gravi suo incommodo, & stu-
dio, &c. seu multas eodem die conciones habet, & pa-
gos peragrat verbum Dei nuntiaturus, si commode ob
id jejunare, & abstinere à carnibus non possit: abso-
lute concedunt Natalis Alexander *theolog. dogmatic.* &
moral. tom. 2. *lib.* 2. *art.* 7. *Regul.* 5. *de decalogo vers.* Ne-
cessitas denique, Lessius, Navarrus, Filliuccius, Lay-
man & alii cum Sporer *tom.* 1. *append.* 3. *ad præcept. de-
calog. sect.* 4. *num.* 63. Diana coordinat *tom.* 4. *tract.* 6.
resol. 24. cum Joann. de la Crux, Tabiena, Azorio,
Graff. Fernandez, Reginald. Silvio, & aliis ibi allegatis,
& Reiffenstuel *theolog. moral. tract.* 10. *dist.* 2. *quæst.* 2.
num. 67. Felix Potestas *tom.* 1. *tract. De peccatis actuali-
bus disp.* 1. *quæst.* 8. *art.* 4. *conclus.* 2. *resolut.* 2. Busemb.
lib. 3. *part.* 2. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 4. cum aliis ibi citatis,
& alii plurimi. Negant autem ipsi, & alii communiter,
& ut nos docuimus sub *verb.* Jejunium *art.* 2. *num.* 32.
de Concionatore, qui ob conciones alibi repetitas, vel
ob suæ memoriæ facilitatem non indigeat longo studio,
& labore, sed qui unam tantum, vel alteram concionem
in hebdomada habeat; cum in ipso cesset causa exemptio-
nis, nempe labor notabilis, grave incommodum, *arg.
cap.* Cum cessante 60. *de appellat. L.* Cum ancillam 6.
ff. de condition. ob causam: L. Adigere 6. §. 2. *ff. de jure
patronatus.* (Vide *lit.* E. *pag.* 361. *num.* 38. & *lit.* I.
pag. 7. *num.* 34.)
Alii autem cum distinctione respondent: Aut enim 30
ipse Concionator prædicat ex officio, puta ex voto, seu
obedientia Superioris, ejusque concio propter imperi-
tiam, & carentiam aliorum ad idem ministerium, est
populo valde utilis, & necessaria, & tunc si non obs-
tante sua cognita impotentia ad simul jejunandum, &
concionandum, adhuc ex justa, & rationabili causa à
superiore ad concionandum mittitur, à jejunio excu-
satur, quia jejunium præcipitur ut promotivum ad bo-
num, & non impeditivum majoris boni, in casu & ut di-
ximus sub *verb.* Jejun. *l. c.* Aut talis concionator volun-
tarie prædicat, & non missus; seu ideo missus, quia vult,
aut mitti quærit ob mercedem, & lucrum, nec sua prædi-
catio est ita necessaria, quin alii sint qui æque bene, vel
mellius supplere possint; & tunc jejunare, & abstinere à
carnibus tenetur, quia non sunt facienda mala, ut eve-
niant bona. *Ad Rom.* 3. *n.* 8. *cap.* Non est probanda 27.
caus. 1. *q.* 1. *cap.* Super eo 4. *de usuris, cap.* Ex tuarum 2.
de sacrileg. cum ipse in fraudem jejunii voluntarie, sine
necessitate, & obedientia quærendo quæ sua sunt, non
quæ Jesu Christi, exponendo se ad prædicandum prop-
ter mercedem, & lucrum, se culpabiliter reddat impo-
tentem ad præceptum ecclesiæ servandum, possitque
merito ipsi objici illud Apostoli ad *Rom. num.* 21. *Qui
prædicas non furandum, furaris*, prædicas non violan-
dum jejunium, & violas, & illud *Michææ* 3. *num.* 4. *Sa-
cerdotes ejus in mercede docebant, & Prophetæ ejus in pe-
cunia divinabant.* Sic Sylvester *v. Jejunium quæst.* 9. *n.* 2.
& ex ipso & Cajetano Binferdius *in Enchirid. theolog.
part.* 3. *cap.* 34. *conclus.* 2. Matthæuc. *in cautela Confes-
sarii l.* 1. *cap.* 22. *num.* 7. Et idem videntur docere Phi-
liarch. *de offic. Sac. tom.* 2. *p.* 2. *l.* 3. *cap.* 25. Toletus *l.* 6.
cap. 5. Fernandez *in examin. theolog. l.* 2. *cap.* 8. §. 2.
num. 12. Fagundez *præcept.* 4. *l.* 1. *cap.* 9. & alii plures,
qui tunc solum excusant Concionatores à jejunio, quan-
do concionarentur ex officio, nempe ex voto, seu obe-
dientia, aut eorum conciones essent populo valde utiles
& necessariæ: Navarrus autem *in Manual. cap.* 21. *n.* 17.
& post illum Graffius *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 14.
& Reginaldus *in praxi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 219.
& alii putant hanc sententiam esse veram, quando talis
Concionator prædicaret principaliter propter mercedem,
& lucrum; Secus vero si minus principaliter ob necessi-

tatem se sustentandi; in quo sensu dicimus esse intelli-
gendum id, quod ex aliis asseruimus sub verb. Jejunium
art. 2. *num.* 23. *in fine.*
31 Quamvis tamen Bonacina *tract. de præcept. eccles.
disp. ultim. part.* 2. *punct. ultim. num.* 13. Diana *coord.
tom.* 4. *resolut.* 25. *n.* 3. Filliuc. *in praxi tom.* 3. *tract.* 27.
part. 2. *cap.* 6. *num.* 124. Lessius *l.* 4. *cap.* 2. *dub.* 6.
num. 44. Sporer *l. c. sect.* 4. *num.* 19. & 63. Busemb. *l. c.*
cum aliis ibi allegatis, & plures alii velint, quod abso-
lute excusentur tales Prædicatores à jejunio, etiamsi
conciones suscipiant ob mercedem, putantes, quod non
sit necesse contra supra citatos, ut prædicatio efficiatur
ex voto, vel officio.
32 At vero in praxi tamquam probabilior, ac magis tuta,
pia, ac rationi consentanea, sequenda est sententia di-
centium non excusari ab obligatione jejunii, & abstinen-
tiæ à carnibus Prædicatores illos, qui voluntarie, &
sponte prædicant principaliter propter mercedem, & lu-
crum; Et solum posse excusari, si prædicent ex officio,
nempe voto, aut obedientia, ac propter mercedem mi-
nus principaliter, ob solam nempe necessitatem se sus-
tentandi: Unde semper commendabilis remanet recolen-
dæ memoriæ Benedictus XIII. qui, cum esset Archiepis-
copus Beneventanus, nullum in sua archidiœcesi con-
cionari sinebat, qui in cibis Quadragesimalibus Qua-
dragesimam non servaret; probe sciens, quod magis
movent exempla, quàm verba, & efficacius est vitæ
quàm linguæ testimonium, ac longum iter per præcep-
ta, breve, & efficax per exempla, cum homines amplius
oculo, quàm auribus credant. Et tanto magis est hæc
nostra sententia tenenda hisce diebus post tria in ævum
commendabilia pro debita jejunii observantia à fel. rec.
Benedict. XIV. edita Brevia, primo nempe incipiente,
Non ambigimus; secundo: *In suprema*; ac tertio *Liben-
tissime*, ex quibus clare insuper habetur, quod qui jux-
ta prædicta excusantur simpliciter à lege Jejunii, non
remanent liberi ab abstinentia à carnibus; & è contra
qui simpliciter excusantur ab abstinentia à carnibus,
non remanent liberi à lege jejunii; Cum diversa sint
præcepta, & à diversis non fiat illatio; *Lege* Sed si an-
te 17. *ff. de except. Leg.* Papinianus 20. *ff. de minorib.
Leg.* Si maritus 10. *in fine, Cod. de donat. inter vir. & uxor.
cap.* Ad audientiam 12. *de decimis*, cum similibus: Quæ
utinam pro sua æterna salute ab omnibus plene, & in-
tegre observarentur. (Vid. *verb.* Executor, *in summar.
num.* 31.)
33 Coqui Religiosorum peccant parando Religiosis in
Quadragesima, aliisque jejuniorum diebus cibos in quan-
titate, & qualitate sufficientes ad fractionem jejunii, præ-
sertim si sciant aliquos ob id jejunium vere fracturos. Sic
explicite Matthæuc. *in cautela Confessarii lib.* 1. *cap.* 22.
num. 11. & alii plures implicite. Et ratio est, quia ex
suo officio tenentur parare, & ministrare solum eam ci-
borum quantitatem, & qualitatem, quæ ab ecclesia, &
propria regula est permissa, seu tolerata; aliàs sic po-
nendo aliquos in occasione frangendi jejunium, fierent
participes peccati eorum, juxta illud Apostoli *Ad Roma-
nos num.* 31. *Digni sunt morte, & non solum qui ea fa-
ciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, & juxta re-
gulam Nicolai I. *in cap.* Notum 10. *caus.* 2. *quæst.* 1. *Fa-
cientem, & consentientem par pœna constringit.* (Vid.
lit. E. *pag.* 354. *in fin. n.* 15. cum *leg.* 2. *tit.* 2. 10. *tit.* 9.
19. *tit.* 34. *p.* 7. quæ idem astruunt.) Sicut enim, ut dici-
tur in verb. *Tabernarius* ex communi Doctorum, caupo-
nes, seu tabernarii peccant, si alteram refectionem, seu
cibos vetitos apponant illis, quos certo sciunt ad jeju-
nium obligari, & ab illis cibis teneri abstinere, nisi ra-
tionabiliter timeant ex tali denegatione sibi obventurum
gravissimum malum, seu damnum, quia aliàs participes
fierent eorum peccati; Ita & in nostro, ac simili casu;
nam de similibus idem est judicium; *Leg.* Non possunt
12. & *Leg.* Nam ait Pedius 13. *de legib.* (Ad rem vid.
lit. A *pag.* 198. *num.* 15. *in addit. hisp. novis.*)
34 Non valent se excusare quod Superiores sic eis præ-
cipiant, quia in tali casu eis in hoc obedire non teneren-
tur, immo prohiberentur, cum sit res ab ecclesia, seu
regula prohibita, sicque contra animæ præcepti; & ex
actibus Apostol. cap. 5. *num.* 29. *Obedire oportet Deo*, nec
non ecclesiæ, seu regulæ *magis, quàm hominibus.* Unde
S. P. N. Franciscus *in cap.* 10. *Regulæ* sic expresse man-
dat: *Firmiter præcipio eis, ut obediant suis Ministris om-
nibus, quæ promiserunt Domino observare, & non sunt
contraria animæ suæ, & regulæ nostræ.* Hinc tanto magis
peccarent superiores, si qui essent, qui ob avaritiam
non sufficiens ad jejunandum præstarent subditis pran-
dium, & ob id subditi cogerentur vespertinam refec-
tiunculam quasi in cœnam convertere, contra præscrip-
tum à Benedicto XIV. recolend. memor. in novissimo suo
Brevi incipient. *Libentissime*, ubi ad secundum hoc du-
bium; *An iis, quibus concessum est vesci carnibus, possint
in vespertina refectiuncula ea quantitate carnis vesci, quæ
jejunantibus permittitur?* Respondit, *Non licere, sed
opus habere eo cibo, eaque uti portione, quibus utuntur
jejunantes rectæ meticulosæque conscientiæ.* Cum enim ipsi
sua detestanda avaritia essent causa, cur subditi non
haberent sufficientem refectionem ad jejunandum, essent
consequenter culpabiles causa fractionis eorum jejunii,
nam quod est causa causæ, est etiam causa causati,
per text. *in l.* Manumissiones 4. *ff. de just. & jure.*, &
arg. cap. Ad audientiam 1. *de homicid. ac cap.* Si cul-
pa 9. *de injuriis*, cum similibus. (Fere in totum consonat
tit. 15. *p.* 7. perlegere non prætermittatur *tit.* 4. & *per
multas leg. tit.* 17. *lib.* 4. *For. Reg.* præcipue mente reti-
ne quæ *ex num.* 4. *usque ad* 9. *pag.* 1. & 2. *lit.* D sunt
prænotata.) Caveant igitur hujusmodi Superiores, si qui
sint, ut nedum propriis, sed & alienis onerentur pecca-
tis, & præmisso ad id opportuno remedio, contriti di-
cant cum Regio Psalte: *Delicta quis intelligit? ab occul-
tis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo. Psal-
mus* 18. *num.* 14.
* Quadragesimæ tempus cum ceteris jejunii tempo- 35
ribus, & diebus exequatur in eo quod respicit observan-
tiam legum à SS. Domino nostro statutarum; Bene-
dict. XIV. tom. 1. constitut. 99. *incip.* Si Fraternitas §. 1.
In Quadragesima diebus Dominicis non licet epulas li- 36
citas cum vetitis permiscere. Idem *ibid.*
Quadragesimæ diebus permittitur Militibus S. Ja- 37
nuarii esus lacticiniorum, & cum opus fuerit, etiam
carnium. Idem constit. 24. *incip.* Romanæ ecclesiæ §. 6.
Quadragesimæ jejunium juxta Kalendarium Romanum 38
ab Italo-Græcis est observandum. Idem constit. 57. *inci-
pient.* Etsi Pastoralis §. 8.
Quadragesimali tempore pisces non edunt, nec vi- 39
num bibunt Maronitæ; veterum enim jejunii disciplinam
iisdem Maronitis, seu Syris, Armenisque Catholicis re-
laxari numquam passa est Apostolica Sedes, ideoque re-
jecta tamquam minus legitima causa ad facultatem dis-
pensandi obtinendam à Missionariis allata, jejunii lex
servari præcipitur. Benedictus XIV. const. *incip.* Allatæ
sunt §. 47. in cujus summario sic præcise habetur: *A Sy-
riacis, & Armenis in latinorum ecclesiis sacrum peragen-
tibus proprium ritum servari præcipitur: Missionariis de-
negatur facultas dispensandi eosdem Syros, & Armenos
super abstinentia à piscibus jejunii tempore; omnes de-
nique Græcos, & Orientales ritus conservandos esse decer-
nitur; monenturque Missionarii, ut in Orientalibus con-
vertendis, eos ab erroribus, & schismate revocent, non à
suis approbatis ritibus avertant.*
Quoad quadragesimalis jejunii debitam observantiam, 40
vide novissimam Encyclicam Clementis XIII. *incip.* Ap-
petente ::: allatam jam tom. 4. *verb.* Jejunium, *art.* 1. *nu-
mer.* 50.*

QUARTA FUNERALIS.

SUMMARIUM.

1 *Quarta hæccine quo jure introducta: ejus portio ex le-
gitima consuetudine induci potest: an in ea detur præ-
scriptio: cui ecclesiæ debeatur: an si ægrotus ad Re-
ligionem, seu aliam ecclesiam se transferat*, ad n. 9.
10 *Quarta funeralis, electa alibi sepultura, cui debeatur:*